Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

qd expertus fuissi sub accio si affuisse. Veru n omnino defui. auxilia et frumenta mittens ei. n in decessem. si in acceseces cleopatram odium uiri fomite occidissi. Una g cum uicto uictus sui. coronaq; eum fortuna deposui. Ad te autem ueni. spem salutis de uirtute tua ponens. Adhec cesar: Immo saluus esto et nunc regnato certius quam prius. Meruit es ut pluribus regas. eum amicicia tanta fide tueare. Recte fecit antonius. qd magis cleopatre paruit quam tibi. Te enim lucrati sumus propter eius amentiam. Experiar q; tibi benefacere ut non queras antonium. Cum autem properaret augustus in egiptum. non solum in plus intus herodis eum tuit. uerum et in deserto euntibus et redeuntibus exercitui ita parauit necessaria. ut nec aquarum deesset copia. nec quequam utensilium. ita ut miraretur cesar. Mortuis uero cleopatra et antonio. modicum esse regnum herodis romani conclamabant. Ob hoc augustus eum restituisset ei partem regni. quam abstulerat ei cleopatra. Tradidit ei traconitidem regionem et ituream. totamq; maritimam usq; ad pirgum stratonis. quam post in honorem augusti cesaream appellauit. Edificauit autem in ascalone domum regiam et inde agnominatus est ascalonita. Vel ipse dictus est ascalonita. auus enim eius q et herodes ascalonita fuit natione et edituus apollinis templi. cuius filium paruulum antipatrum rapuere latrones ydumei. et cum eis tantum fuit. qd et postea factus est princeps eorum. unde et ydumeus dictus est. Natione enim ydumeus fuit ex patre. arabs uero ex matre. Deditq; ei cesar ccc. galathas satellites stipatores cleopatre inmanes et sanguinis humani auidos.

De satellitibus cleopatre herodi concessis a cesare.

Qui cum prius eleutheriu dicerentur. re a flumine eleutherio. superioris galatie. super que oriundi fuerant. de cetero herodiani dicti sunt. Cum autem fecisset prius in ierusalem turrim quam uocauit antoniam. que nunc turris dauid dicitur. fecit et nunc aliam quam agrippinam uocauit. A cesare enim amabatur post agrippam. et ab agrippa post cesarem. Posuit et aquilam auream super speciosam portam templi. inmensi ponderis. In honorem romanorum. iudeis id egre ferentibus. Fecit et herodyon in quo sepultus est. fecit et phaselum in memoriam fratris. Fecit et cesaream palestine. in qua turrem stratonis. que nunc turris dauid dicitur. in qua ad aduentum augusti cesaris portum [arcum] de candido marmore construxit. In qua corneli

Margin notes (left column): ẏronia. — ut tamdiu. — s. e. alexandri. — a loco. — Galathe. — s. ev. Tunc inuenerunt. Math. xvii. — Nom urbis. — Nom oppidi. — construxit. — ut me tueris.

Id est sic cesar post agrippam plus dilexit herodem. sic agrippa post cesarem plus dilexit herodem.

centurio postea eius et apostolus cepit. Reparauit samariam. quam et sebasten dixit. ubi et templum maximum cesari dedicauit. Aliud et templum circa ydordanis fontem candido marmore cesari posuit. Prius non erat regni locus ydoneus. que uacuum honore cesaris reliquerit. Anno q; xv. regni sui in ierusalem templum domini magnifice decorauit. Nec solum in regno suo uerum et in adiacentibus ciuitatibus memorialia sue liberalitatis et industrie opera reliquit.

De offensa herodis in filios.

Post hec redierunt a studio filii eius. Erat alexander acerrimus perorator. qui uxorem aristoboli filiam salome amitte sue duxit uxorem. alter filiam regis capadocum. Iamq; licenti cum patre de successione regni disceptabant. Ob hoc pater offensus antipatrum illius sponte satagebat. In testamento quoq; iam aperte declarat fuit successor. Primi predicti fratres de morte patris occulte tractabant. qd presentiens pater eorum eos a se reiecit. Hii uero romam nauigauerunt ut patris iniuriam ad cesarem deferrent.

Incipit euuangelica hystoria.

De conceptione precursoris.

Fuit autem in diebus herodis regis iudee. cuius fluxis annus regni est undetriginta [una dicto]. Sacerdos quidam nomine zacharias de uice abya. et uxor eius aaronita nomine elysabeth. Dauid enim ampliare uolens cultum dei. xxiiii. instituit summos sacerdotes. quorum unus tamen maior erat. qui princeps sacerdotum dicebatur. Statuit et xvi. uiros de eleazar. et viii. de ythamar. et secundum sortes dedit unicuiq; ebdomadam uicis sue. Habuit autem abyas octauam ebdomadam. de cuius genere zacharias. cum in die propitiationis incensum poneret. predixit ei angelus nasciturum sibi filium de uxore. Qui considerans sterilitatem uxoris sue. et utriusq; senectute non credidit. et ob hoc obmutuit. usq; ad diem partus. Nomen q; pueri et mag

Margin notes (right column): ut madianitis. — id est uno decepto de xxx. — primo pater xxiiii. — Quorum unus abyas. — Hec fuit unus eorum centenario de septuaginta. quia una melior erat alia. i. lucrosior. — ix. die septembris. Levitico xvi.

Ab isto numero dicta fuit era. i. numerus qui scribebatur in tabula dyonisii. et in kalendario ecclesie.